

## T SABBATO

cunctem Christum negauerit, super illum cadit: hoc est, animaduersio diuina super eum irruit, & penitus conteret eum, ut non remaneat ex eo testa, unde aqua hauriri possit. Potest & aliter intelligi. In presenti peccatores super lapidem cadunt, qui confringuntur per poenitentiam. Lapis autem super eos in die iudicij caderet, quia dominus Iesus cum omnibus uirtutibus superiorius ad iudicium ueniet. Et cum audiissent principes sacerdotum & pharisaei parabolam eius, cognoverunt quod de ipsis diceret. Licet duri corde essent scribæ & pharisæi, & licet in Christum credere noluisserent, aperte tamen intelligebant parabolam eius ad se pertinere. Et ideo quererent eum tenere, sed timuerunt turbas, quia sicut prophetarum habebant. Intuenda est mobilitas uulgi. Quem enim nunc sicut prophetam habent, postmodum in eius passione sunt clamaturi, dicentes: Reus est mortis, et, Crucifige crucifixum te, suadentibus uidelicet scribis & pharisæis.

## SABBATO POST Reminiscere. Luca XV.

T In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, dam mihi portionem substantiarum quæ me contingit. Et reliqua.

M Vrmurantibus de peccatorum susceptione scribis & pharisæis, tres ex ordine parabolam saluator posuit: duabus primis, de qui-

**POST REMINISCERE** 408

bus disputādum est, quantū ipse cum angelis de pēnitentium salure gaudeat, insinuans: *tertia uero, quā sequitur, nō suum tantummodo suorumq; gaudium demonstratis, sed & inuidentium murmur reprehendens.* Homo itaq; qui duos filios habuisse dicitur, de us pater intelligitur, duoruū uidelicet genitor populurom, & quasi duarum generis humani stirpium au tor arc creator, *Maior ēm filius eos, qui in unius dei permādere cultura: minor eos, q; usq; ad coletida ido la, dēū deseruere, significat.* Pars substantiæ, quę minori filio contigit, ipse sensus in homine rōnalis est. Viuere ēm, intelligere, meminisse, ingenio alaci ex cellere, diuinis substantia muneris est, quam minor filius expedit à patre, cum homo sua potestate delectatus, per liberū sese arbitrium regere, atq; à dño quæfuit exire conditore. *Diuisitor illis substatiām, fidelibus scilicet sua gratiæ protectionem, quam desiderabant, impertiēdo: infidelibus uero naturalis solūm ingenij, quo cōtentī erant, beneficium cōcedendo.* *Etnō post multos dies cōgregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionē longinquam.* *Et ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriōse.* Longe proiectus est, non locū mirando, sed animū. Quārū ecce nū quisq; plus in prauo opere delinquit, tanto adeigratia longius recedit. *Quod non post multos dies dixit factum, ut cōgregatis omnibus proficietur peregre in regionem longinquam, quia nō multo post institutionem humani generis placuit animis per liberū arbitrium ferre secum quādā uelut potūia naturae suae, & deserere eum à quo condita est, prudens uiribus suis, quas uires tante cōsumit et;*

tius, quanto cum deseruit à quo daret sunt. Itaq; hāc uitam p̄digam uocat, amanē profundere substantiam atq; spatiare p̄p̄is exterioribus, intus inanescentem, cū ea quisq; sequitur quae ab illa p̄cedunt, reclinquit eū qui sibi est interior. **Et postquā omnia cōsummasset et facta est famēs valida in regione illa.** Omnia q̄ dissipauit, ornamēta nature q̄ consumpsit significat. Fames in regione longinqua, indigenita uerbi ueritatis est in obliuione creatoris, de qua di-  
Amos. 3 Etūm est in prophetis: Quia mitteret dñs famē in terra, non famē panis, nec sitim aquæ, sed audiendi uerbū dei. **Et ipse coepit egere, 7 abiit, 7 adhaesit vni-**  
2. Corin. 4 **civium regionis illius.** Merito egere coepit, qui thesauros sapientiae dei, dinitiarumq; cælestium altitudinē dereliquit. **V**nus autē civium regionis illius, cui ille egens adhaesit, utiq; ille qui concupiscentijs terrenis merito suæ pueritatis prepositus, princeps huius mundi à dño vocatur. **E**t de quo Apostolus: Deus, inquit, huius seculi excauuit mētes infidelium.  
Luc. 14 **E**misit illum in villā suam, vt pascere per-  
**cos.** In villam mitti, est substantiae mundi & cupidi-  
tati seculari subiugari. De qua in alia parabola qui-  
dam spūales epulas, ad quas inuitabat, fastidens, di-  
xit: Villam emi, & necesse habeo exire & uidere illā.  
Porcos uero pascere, est ea quibus immundi spiritus  
gaudeant operari. **E**t cupiebat implere ventre  
suum de siliquis, quas porci manducabant.  
Siliquæ quibus porcos pascebant, sunt doctrine secu-  
lares sterili suavitate resonantes, de q̄bus laudes ido-  
lorum fabularumq; ad deos gētiū uario sermone  
atq; carminibus perstrepunt, quibus da monia dele-  
stantur. **V**nde cum iste saturari cupiebat, aliquid so-

Iudicium & rectum, quod ad beatam uitam pertineret, inuenire uolebat in talibus, & non poterat. Hoc est enim quod ait: **Etnemo illi dabat.** In se autem reuersus, iam scilicet ab eis, quae forinsecus frustra illiciunt & seducunt, in conscientiae interiora reducem faciens intentionem suam, dixit: **Quantum mercenarij in domo patris mei abundat panibus, ego autem hic sum perego.** Vnde hoc scire poterat, in quo tanta erat oblitio dei, sicut in omnibus idololatria fuit, nisi quae ista recognitatio iam resipiscens est, cum euangelium praedicaretur? Mercenarij ergo patris abundant panibus, quia qui futura mercedis intuitu digna operari sat a gaudio, quotidianis supernae gratiae reficiunt almonijs. At vero fame pereunt, quae extra patris aedes positi, uenient cupiunt implere de siliquis. Id est, qui sine fide uiuentes, uitam beatam inanis philosophiae studijs inquirunt. Sicut enim panis, qui cor hominis confirmat, uerbo dei, quo mentem reficiat, assimilatur: ita silique (quae & ipsa intus inanis, foris mollis, & corpus non reficit, sed implet, ut sit magis oneri, quam usui) secundum sapientem non immerito comparata, cuius sermo factus plausu sonorus, sed uirtute utilitatis est uacuus. **Surgam et ibo ad patrem meum, et dicam illi:** Pater, peccavi in celum et coram te. Quia misericordie pluia nouerat patrem, qui offensus a filio, patris non dignatur audire uocabulum. Surgam ergo, inquit, quia me iacere cognoui: & ibo, quia longe recessi ad patrem meum, quia sub principe porcorum miserabiliter egredi tabesco. Peccavi autem in celum coram spiritibus angelicis sanctisq; animabus, in quibus significatur sedem esse dei. Coram uero, in ipso conscientiae interioris coclau, qua dei solius oculi penetrare ua-

Iebant. **Etiā non sum dignus vocari filius tuus.**  
**¶ 18.** fac me sicut vnum de mercenariis tuis.  
 Ad filij quidem affectū, qui oia qua patris sunt, sua es-  
 se nō ambigit, se aspirare nequaq; presumit, sed mer-  
 cenarij statum, iam p; mercede seruiturus, desiderat.  
 Verum he hūc quidē, hisi paternā dignatione, se me-  
 reri posse testatur. Vbi sunt ergo Pelagianistæ, q; sua  
 seruitute saluari posse confidunt, cōtra apertissimam  
 sententiam quae ait, sine me nihil potestis facere? **Et**  
**surgēs, venit ad patrem suum.** Venire ad pārē,  
 est in ecclesia constitui per fidem, ubi iam possit esse  
 peccatorum legitima & fructuosa confessio. **Lum**  
**ad hinc autem longe esset, & ante quam intellige-**  
 ret deum, sed tamen cum iam pie quereret, vidiit ul-  
 lum pāter ipsius. Impios enim & superbos con-  
 uenienter non uidere dicitur, tāquam ante oculos  
 non habere. Ante oculos enim haberi, non, hisi qui  
 diliguntur, dici solent. **Et misericordiam motus e,**  
**zaccurrens cecidit super collum eius.** Nō em  
 pater unigenitum filij suum deseruit, in quo iusq; ad  
 nostrā lōginquam etiā peregrinationē cūcurrit atq;  
 descendit, quia deus erat in Christo mundū reconcili-  
 ans sibi. **Et ipsedīs ait: Pater in mē matens, ipse facit**  
**Johan. 14. opera.** Quid est autē cadere sub̄ collum eius, nisi incli-  
 nare & humiliare in amplexū eius brachii suum &  
 brachium dñi cui reuelatū est? quod est utiq; dñs no-  
 ster Iesus Christus. **Et osculatus est eum.** Conso-  
 lari uerbo gratiae dei ad spem indulgentia peccato-  
 rum, hoc est post lōga itinera remeantem à patre me-  
 teri osculum charitatis. **Dixitq; eifilius:** **Pāter,**  
**peccavi in cælum & coram te, iam non sum di-**  
**gnus vocari filium tuum.** Incipit iam peccata cō-

**POST REMINISCERE**

403

sicutus in ecclesia cōfiteri, nec dicit oīia q̄ dictuū se  
esse p̄misserat, sed usq; ad illud: **Nō** sum dignus uoca-  
ti filius tuus, **Hoc** em̄ uult fieri per gratiam, quod se  
indignū esse per meritā facetur. **Nō** addidit, quod nul-  
la meditatione dixerat: [Fac me sicut unum de mer-  
cenariis tuis.] Cum em̄ panem non haberet, uel mer-  
cenarius esse cupiebat, qd post osculū p̄pis generosissi-  
mam designatur. Intellexit nāq; inter filiū, & mer-  
cenarium, & seruū, non minimam esse distātiam: ser-  
uum uidelicet esse eum, qui adhuc metu gehennæ si-  
ue presentiū legum, se à uitijs temperat: mercenariū,  
qui spē atq; desiderio regni celorū: filium, qui affectu  
boni ipsius atq; amore uirtutum. In quarum uirtutū  
trium cōsummatione, beatus Apostolus omnem fa-  
luit summam concludens: **Nunc** (inquit) manent fi-  
des, spes, charitas, tria hac, maior autē horum est cha-  
ritas, fides nanej est, quæ futuri iudicij ac supplicio-  
rum metu, uiitorum facit contraja declinare. Spes, q̄  
mentem nostram de p̄sentibus euocās, uniuersas  
corporis uoluptates cælestium præmiorum expecta-  
tionē contemnit. Charitas, quæ nos ad amorē Chri-  
sti, & spiritualium uirtutum fructum mentis ardore  
succendens, quicquid illis contrarium est, toto facit  
odio detestari, Vnde prodigis iste, postquam in se-  
meripsum reuersus, diræ famis supplicia formida-  
bat, uelut iam seruus effectus, etiam mercenarij sta-  
tum, de mercede iam cogitans, concupiscit: sed cum  
pater accurrens, non contentus minora concedere,  
utriusque gradus sine dilatione trāscrusu, pristinae si-  
liorum restituit dignitati: nec iam de mercede cōdu-  
ctoris, sed de hereditate fecit cogitare parentis. Di-  
xit autem pater ad seruos suos: **Lito profer-**

*1. Corin. viii.*

cc iii

T SABBATO

testolam primā, et induite illum. Stola prima est uestis innocentiae, quam homo conditus accepit, sed male persuasus amisit, qn post culpam praevaricatio nis cognouit se esse nudū, gloriaq; immortalitatis p dita, pelliceum, hoc est, mortale sumpstū indumentū. Serui qui eam proferunt, recōciliationis prædicato res sunt. Proferūt em̄ stolam primā, qn̄ mortales ter renosq; hoies ita sublimandos asseuerant, ut non solū ciues angelorū, sed hæredes dei & cohæredes sint Christi futuri. Et date anulum in manu eius, et calceamenta in pedes. Anulus est uel sincerae fi dei signaculū, qua cuncta promissa in credentiū cordibus certa impressione signantur, uel nuptriarum p ignus illarum, quibus ecclesia sponsatur. Et bene anūlus in manu datur, ut per opera fides clarescat, & p fidem opera firmentur. Calceamenta autē in pedes, officium euangelizandi denunciant, ut cursus mēris ad cælestia tēdens, à terrenaq; contagione rerū inuio lata seruetur & munda, priorū mērū munitus exēplis, super serpētes & scorpiones securus incedat. Manus igitur & pedes. i. opus ornantur: manus, ut recte ui uamus: pedes, ut ad æterna gaudia properemus. Nō em̄ habemus hic manentē ciuitatē, sed futurā inquirimus. Et adducite vitulum saginatum, et occidite. Vitulus saginatus, ipse idem dñs est, sed secundum carnē. Et bene saginatus, qd caro eius adeo spirituali est opima uirtute diffusa, ut p totius mūdi salutē sufficiat, in odorem suauitatis, nīdorē uidelicet immolationis ad deū mittere, & p omnib; exorare. Adducere autē uitulū, & occidere, est p dicare Christum, & mortē eius insinuare. Tunc etem̄ cuiq; nostrū quasi recens occiditur, cū credit occisum. Tunc caro

ei⁹ comedit, cū eius passionis sacramentū & ore ad emundationē percipit, & corde ad imitationē cogitat⁹. **Et māducem⁹ s⁹ epulem⁹, quia hic filius meus mortu⁹ fuerat, et renuit perierat, et inuentus est.** Non solus filius, q̄ renuit & inventus est, uer⁹ pater & serui illius sacrosancti uituli, q̄ propter filiū occis⁹ erat, carne refect⁹ epulant⁹: qui patris cibus, salus est nostra: & patris gaudiū, nostro rum ē remissio peccatorum: nec tñ patris, sed filij & spiritus sancti. Quia sicut una in diuinitate uoluntas & operatio, ira & una ē delectatio sancte & indiuividua trinitatis. Vnde beatus Abraam tres angelos hospitio recipi⁹, uitulū tenerrimū & optimum occidisse, eiusq̄ cū lacte, pane, & butyro epulando legit obtulisse, q̄a qui beatam trinitatē rectæ deuotionis officijs resiceret (i. laetificare) desiderat, morte quoq; debet unigeniti filij dei in carne, q̄ est una, in eademq; trinitatis persona pia confessionis synceritate celebrare. Et nos adū, q̄ ante stola prima, ante anulus, ante calceamenta præstanti, & sic deinde uitulus immolatur. Quia nisi quisq; spem immortalitatis induerit, nisi anulo fidei oga præmunierit, nisi ipsam fidē pie cōfiterendo predicauerit, nō potest sacramētis interesse celestibus. **Et cœperunt epulari.** Iste epulae atq; festivitates nunc celebrant, per orbem terrar⁹ ecclesia dilatata atq; diffusa. **Vitulus enim ille in corpore & sanguine dominico & offertur patri, & pascit totam domū.** **Erat autem filius senior in agro.** Filius senior, populus Israel est, q̄ quāuis in longinqua regionē non abierit, non tñ domi, sed in agro dicitur esse immoratus. Quia populus idē neq; uig⁹ ad colēdā idola creatorē deseruit, neq; legis, quā acceperat,

Gen. 15

Isaq. 1

Interiora penetravit: sed literæ solum custodia cōretus, exteriora magis & terrena operari simul & sperare solebat, audiens p prophetam: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. **Et cū veniret, et appropinquaret domini, audiuit symphoniam et chorum.** Appropinquat filius domini, cū populus ille, in quibus cunctis Israëliticis considerationibus (nā multi tales inueniuntur) labore scrupuli operis improbaro, ex iisdem scripturis ecclesiæ libertatem considerat. Audit symphoniam & chorum, scilicet spū plenos vocibus colonis eu angelum prædicare. Quibus dictū est: Obsecro uos fratres, ut id ipsum dicatis oēs, & concorditer cōuerantium sit anima & cor unum in laudes dei. **Et vocauit xñū de seruis, et interrogauit quæ hæc essent.** Vocabat unum de seruis, cū sumit ad legēdum aliquē prophetarū, & in eo quarens quodammodo interrogat, unde ista festa in ecclesia celebrantur, in quibus se esse non uidet. Respondit ei seruus patris propheta: **Frater tuus venit, et occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit.** In extremis enim terra fuit frater tuus, sed inde maior exultatio, cantatio, dñō canticum nouū, quia laus eius ab extremis terra. Et propter eū qui absens erat, occisus est ille cui dictum est: Et holocaustum tuū pingue fiat. **Indignatus est autem, et nolebat introire.** Datur ergo illius egressus coepit rogare illum. Indignatur etiam nūc, & adhuc nō uult introire. Cum ergo plenitudo gentium intrauerit, egreditur opportuno tempore pater eius, ut etiam omnis Israël saluus fiat. Ex cuius parte cæcitas facta est, uelut absentia in agro, donec plenitudo

Psalm. 19.

quia laus eius ab extremis terra. Et propter eū qui absens erat, occisus est ille cui dictum est: Et holocaustum tuū pingue fiat. **Indignatus est autem, et nolebat introire.** Datur ergo illius egressus coepit rogare illum. Indignatur etiam nūc, & adhuc nō uult introire. Cum ergo plenitudo gentium intrauerit, egreditur opportuno tempore pater eius, ut etiam omnis Israël saluus fiat. Ex cuius parte cæcitas facta est, uelut absentia in agro, donec plenitudo

do filij minoris, longe in idolatria gentium consti-  
tui, & iam ad patrem reducti, ad manducandum ui-  
tulum intraret. **E**rit enim quandoq[ue] aperta uocatio  
Iudeorum in salutem euangelij, quam manifesta uo-  
cationem tanquam egressum patris appellat, ad ro-  
gandum maiorem filium. **A**tille respondens di-  
xit patris suo: **E**cce tot annis seruio tibi, & nun  
quam mandatum tuum præteriui. Quæritur,  
quomodo ille populas nunquā mandatum dei præ-  
terisse dicitur. **S**ed facile illud occurrit, nec de omni  
mūdato dictum esse, sed de uno maxime necessario,  
quia nullum alium deum colere iussus est. **N**eç iste  
filius in omnibus Israelicis, sed in his intelligitur ha-  
bere personam, qui nunquam ab uno deo ad simula-  
cia conuersi sunt. **Q**uamuis enim tanquam in agro  
positus iste filius terrena desideraret, ab uno tñ deo  
ista desiderabat bona. **Q**uod etiā patris ipsius testi-  
monio cōprobatur, cū dicit: **T**u me cū es semper.  
Non enim quasi mentientem redarguit, sed perseue-  
rantiam eius approbās, ad perfectionē potioris atq[ue]  
iucundioris exultationis inuitat. **E**t nunquā dedi-  
sti mihi credū, ut cū amicis meis epularer.

Pecator profecto hœdi noīe significari solet, sed ab-  
sist ut Antichristum intelligam. **A**bsurdū enim est, eū  
qui dicit, **T**u me cū es semp, **I**hoc à patre optasse, ut  
Antichristū crederet, neç omnino in eis Iudæos, qui  
Antichristo credituri sunt, istū filiū fas est intelligi.  
Quomodo aut̄ epularē ex illo hœdo, si ipse est Anti-  
christus, qui non ei crederet? **A**ut si hoc est epulari ex  
hœdi occisione, quod est de Antichristi perditione  
levari, quō dicit filius, quē recipit pater, hoc sibi non  
fuisse concessum, cum omnes filii dei de illius aduer-

sarij damnatione latitari sunt? Nimirum ergo ipm  
 dominum sibi negatum ad epulandum cōqueritur,  
 dum eum peccatorem putat. Cum enim h̄odus illi  
 genti dominus uidebatur .i. cum eum sabbati uiola-  
 torem & profanatorem legis existimat, iucundari e-  
 pulis eius non meruit. Ut quod ait, [nunquā dediti  
 mihi h̄odus, ut cū amicis meis epularer,] tale sit ac si  
 diceret, eum qui mihi h̄odus uidebatur, nunquā mi-  
 hi ad epulandum m̄ dediti: eo ipso mihi illum ipsum  
 non cōcedens, quod mihi h̄odus uidebatur. Qd' em  
 dicit, [cum amicis meis,] aut ex persona principū cū  
 plebe intelli gitur, aut ex persona populi Hierosoly-  
 mitani cum ceteris populis Iudeorum. Sed post  
quam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam  
 suam cum meretricibus, uenit, occidisti illi uitulum  
 saginatum. ] Meretrices sunt gentilium superstitio-  
 nes, cum quibus substātiā dīspare, est relicto uno  
 connubio ueri dei, cum turba dæmonum cupiditate  
 turpissima fornicari. At ipse dixit illi: Fili tu sem  
 per es in eccl̄, & omnia mea tua sunt. Epulari aut  
 & gaudere te oportebat, quia frater tuus hic mortu-  
 us erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. ] Quod di-  
 cit, [& omnia mea tua sunt,] non putandum est ita  
 dictum, quasi non sint & fratres, ut tanquam in ter-  
 rena hæreditate patiatur angustias. Quomodo pos-  
 sint esse omnia maioris, si habet etiam iunior partem  
 suā? Sic em̄ à perfectis & purgatis ac iam immortali-  
 bus filijs habentur omnia, ut sint & omnia singu-  
 la, & omnia singulorum. Ut enim cupiditas nihil si-  
 ne angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet. Cū  
 ergo beatitudinem illam obtinuerimus, nostra erūt  
 ad uidēdum superiora, nostra erunt ad cōquendū

## POST REMINISCERE

411

æqualia, nostra erunt & ad dominandum inferiora.  
Si quem autem mouet, quomodo patri supplicans  
veritas dicat: Et omnia mea tua sunt, & tua mea: cui  
similimum uidetur sonare quod hic filio dicitur:  
Et omnia mea tua sunt, sciat unigeniti filij esse omnia  
qua patris sunt. Per hæc etiam ipse deus est, & de pa-  
tre natus, patri est æqualis. Nam & illud quod de sp̄i-  
ritu sancto loquens ait, Omnia quæ habet pater, mea  
sunt. Neq; enim spiritus sanctus de creatura, quæ pa-  
tri subiecta, et filius erat accepturus, q; ait, de meo  
accipier: sed utiq; de quo parre procedit spiritus, de q;  
natus est & filius. Siue utiq; duos filios hos ad utrum-  
que populum, siue (ut quibusdā placet) ut duos q; sli-  
bet homines, pœnitentem uidelicet & iustum, uel q;  
sibi iustum uidebatur, referre uolueris, cōgaudeat ma-  
ior quia frater iunior mortuus erat, & reuixit: perie-  
rat, & inuenitus est.

## DOMINICA TER- tia in Quadragesima. Lucæ XI.

In illo tempore: Erat Iesus ejiciens dæ-  
monium, & illud erat mutum. Et cum eie-  
cisset dæmonium, locutus est mutus, & ad-  
mirata sunt turbæ. Et reliqua.

Dicitur euāgelista dominum ab hoīe dæmo-  
niū cieisse, recte in exordio hui⁹ lectionis ta-  
le verbum posuit, per quod essentiam diuinitatis ex-  
primere, dicens: Erat Iesus ejiciens dæmoniū.  
Non enim dixit, fuit, quia esse soli deo est, æternū &  
imomorabile ḡ manere, cui nec p̄terita trāseunt, nec